

CAPUT XXVII.

1. Facies et altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, et totidem in latitudine, id est, quadrum, et tres cubitos in altitudine.

2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt; et operies illud aere.

3. Faciesque in usum ejus lebetes ad suscipiendos cineres, et forcipes atque fuscinulas, et ignium receptacula; omnia vasa ex aere fabricabis.

4. Craticulamque in modum retis aeneam; per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli aenei.

5. Quos pones subter arulam altaris; eritque craticula usque ad altaris medium.

6. Facies et vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis aeneis.

7. Et induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum.

8. Non solidum, sed inane et cavum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est.

9. Facies et atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta; centum cubitos unum latus tenebit in longitudine.

10. Et columnas viginti cum basibus totidem aeneis, quae capita cum caelaturis suis habebunt argentea.

11. Similiter et in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnae viginti, et bases aeneae ejusdem numeri, et capita eorum cum caelaturis suis argentea.

12. In latitudine vero atrii, quod respicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, et columna decem, basesque totidem.

13. In ea quoque atrii latitudine, quae respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt;

14. In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnaeque tres et bases totidem;

15. Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnae tres et bases totidem.

16. In introitu vero atrii flet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho et purpura, coccoque his tincto, et bysso retorta, opere plumarum: columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.

17. Omnes columnae atrii per circuitum vestitae erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, et basibus aeneis.

18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quoque cubitorum erit: fietque de bysso retorta, et habebit bases aeneas.

19. Cuncta vasa tabernaculi in omnem usum et caeremonias, tam paxillos ejus quam atrii, ex aere facies.

20. Praecepit filiis Israel ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contansum: ut ardeat lucerna semper.

21. In tabernaculo testimonii, extra veium quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eum Aaron

CAPITULUM XXVII.

1. Vous ferez aussi un autel de bois de setim, qui aura cinq coudées de long et autant de large, c'est-à-dire qu'il sera carré, et aura trois coudées de haut. Il sera comme un coffre carré d'une coudée et demie de haut, posé sur quatre pieds de pareille hauteur.

2. Quatre cornes s'éleveront des quatre coins de l'autel pour lui servir d'ornemens, et pour y suspendre aux victimes qu'il faudra immoler, et pour y suspendre avec des chaînes la grille que vous metrez au-dehors et en dedans.

3. Vous ferez pour l'usage de l'autel, des vaisseaux, qui serviront à en recevoir les cendres; des tenailles, des pincettes, des brasiers; et vous ferez toutes ces choses d'airain.

4. Vous ferez aussi une grille d'airain en forme de rets, qui aura quatre anneaux d'airain aux quatre coins, pour la suspendre aux cornes de l'autel.

5. Et vous les mettez au-dessous du rebord qui entoure le foyer de l'autel; en sorte que la grille descendra jusqu'au milieu de l'autel.

6. Vous ferez aussi pour l'autel deux bâtons de bois de setim, que vous couvrirez de lames d'airain.

7. Vous les ferez passer dans les anneaux des deux côtés de l'autel, et ils serviront à le porter.

8. Vous ne ferez point l'autel solide, mais il sera vide et creux en dedans, selon le modèle qui vous en a été montré sur la montagne, afin qu'il soit moins pesant, et qu'on le puisse porter plus aisément.

9. Vous ferez aussi le parvis du tabernacle en la manière qui suit: Ce parvis aura du côté du midi des rideaux de fin lin retors en forme de rets; ce côté aura cent coudées de long.

10. Vous y poserez vingt colonnes d'airain avec leurs bases de la même matière, qui auront leurs chapiteaux et leurs ornemens d'argent, et ces colonnes serviront à soutenir les rideaux.

11. Il y aura de même du côté de l'aquilon des rideaux de cent coudées de long, et pour les soutenir, vingt colonnes, qui auront chacune leurs bases d'airain, leurs chapiteaux et leurs ornemens d'argent.

12. La largeur du parvis qui regarde l'occident, aura cinquante coudées, le long de laquelle vous mettez des rideaux, et dix colonnes avec autant de bases.

13. La largeur du parvis qui regarde l'orient, et par laquelle on entrera, aura aussi cinquante coudées.

14. Vous y mettez des rideaux d'un côté, dans l'espace de quinze coudées; et pour les soutenir, il y aura trois colonnes avec autant de bases.

15. Vous mettez de l'autre côté, des rideaux dans le même espace de quinze coudées, avec trois colonnes et autant de bases pour les soutenir.

16. A l'entrée du parvis, dans l'espace de vingt coudées qui restent au milieu des trente coudées, vous mettez des rideaux plus précieusement que ceux qui sont au reste du tabernacle; savoir, des rideaux d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors, le tout en ouvrage de broderie. Cette entrée aura quatre colonnes pour soutenir les rideaux, avec autant de bases.

17. Toutes les colonnes du parvis seront revêtues tout autour de lames d'argent; elles auront leurs chapiteaux d'argent et leurs bases d'airain.

18. Le parvis aura cent coudées de long, cinquante de large et cinq de haut, selon la hauteur des ais et des colonnes; ses rideaux se feront de fin lin retors, et les bases seront d'airain.

19. Tous les vases qui serviront à tous les usages et à toutes les cérémonies du tabernacle, et tous les pieux qui seront employés, tant au tabernacle qu'au parvis, seront d'airain.

20. Ordonnez aux enfans d'Israël de vous apporter de la plus pure huile d'olives pilées au mortier, afin que les lampes brûlent toujours durant la nuit.

21. Dans le tabernacle du témoignage, hors le voile qui est suspendu devant l'arche du témoignage;

et filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino.

Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis

Israel.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — FACIES ET ALTARE DE LIGNIS SETIM. Nota.

Duplex erat altare, unum thymiamatis, quod erat in Sancto, ad აღდամում in eo mane et vespere thymiamata Deo; alterum holocaustorum, in quo holocausta et quavis sacrificia Deo immolabantur et cremabantur. Unde hoc altare non erat in tabernaculo, sed ante illud, in atrio subdjo positum, propter ignem, fumum et nidorem victimarum. Secundò, hoc altare factum erat de lignis setim, quae aeneis tabulis interioribus tegebantur, ne ab igne laederentur. Tertio, altare hoc longum erat cubitos quinque, totidem latum, alium tres, ut sacerdotes faciliè ad illud possent pertingere. Salomon verò in templo majus fecit altare; nam, ut dicitur, 2 Paral. 4: *Fecit altare aeneum viginti cubitorum longitudinis, et viginti cubitorum latitudinis, et decem cubitorum altitudinis.* Rursùm ex quatuor altaris hujus aenei angulis prodeiebant quatuor cornua aenea, et prominent instar obelisci. Quarto, altare hoc interioris cavum erat, sed tamen vel terra, ut vult Abulens. et Richard., vel potius lapide insecto et impolito, ut vult Ribera, implebatur usque ad sul medium; sic enim jusserrat Dominus, Exodi 20, 24, itaque Mosen et Salomonem fecisse patet, 1 Machab. 4, 56. In altari ergo hoc alto tres cubitos, lapidum structura ad dimidium, id est, ad cubitum cum dimidio, ascendebat, deinde illud superponebatur arula craticula, de qua jam dicam; circumcirca verò ambiebat tabulis setim aere obductis. Quintò, altare hoc habebat superne craticulam aeneam, in modum retis foraminibus plenam; craticula haec totam latitudinem et longitudinem altaris superne occupabat; erat proinde longa penè quinque cubitos, et lata totidem; haec enim erat longitudo, et latitudo altaris. Huic craticulae victimae imponebantur, ut à subjecto igne in altari (erat enim cavum, ut dixi) cremarentur, et eorum cinis per foramina craticulae sub altare decideret; unde ex craticula haec pendebat arula aenea, sive foculus aeneus interioris in medio altaris, puta super lapidum structuram, de qua paulò ante dixi. In hac arula per catenas appensà ad quatuor cornua altaris, ponebantur ligna et ignis ad cremandas carnes, quae in superiori craticula ponebantur. Sextò, verisimile est altare hoc ad latus orientale habuisse fenestram, per quam cineres extraherentur, et ligna super arulam sive focum ponerentur, et ad hoc aliosque usus habebat forcipes, fuscinulas, lebetes, et ignium receptacula. Ita Beda, de quo plura suo loco, v. 4. Septimò, altare hoc habebat quatuor annulos aeneos, per quos duo vectes, ex lignis setim aere cooperitis, inserebantur ad portandum altare. Totidem annulos et vectes, distinctos ab annulis et vectibus altaris, habebat ipsa craticula altaris; exhibebatur enim et separabatur craticula ab altari, ut seorsim portari posset. Octavò in hoc altari, mane et vespere quotidie, primò immolabatur agnus, quasi juge sacrificium, deinde aliae victimae vel votivae, vel spontaneae, vel

Aaron et ses enfans prépareront et placeront les lampes, afin qu'elles luisent jusqu'au matin devant le Seigneur. Ce culte se continuera toujours, et passera de race en race parmi les enfans d'Israël.

COMMENTARIUM.

ex lege ob festum incidens preceptae. Hinc Deus ignem de caelo misit, quem voluit in hoc altari sacrificiis, lignis appositis, jugiter alii et foveri, ne unquam extingueretur, ut semper paratus esset ad victimas cremandas, Levit. 6. Denique altaris hujus figuram expressam vide apud Vilalpando, lib. 4 de Templo, c. 75.

Allegoricè, hoc altare ligneum significabat crucem Christi, in qua quasi in ara Christus est immolatus; unde altare hoc erat tabernaculum in atrio; quia Christus extra castra, ut ait Apostolus, Hebr. 13, puta extra Jerusalem, passus est. Secundò, factum est ex lignis setim, qui tam crux quam caro Christi non vidit corruptionem. Rursùm, aere obductus quia est sanctorum significat predicationem Christi; est etiam aë symbolum fortitudinis crucis Christi, quae omnes daemonis, mundi et peccati vires contrivit. Tertio, habet quatuor cornua, quia crux Christi per quatuor plagas, toto orbe praedicata ab Apostolis et diffusa est: *In omnem enim terram erunt sonus eorum.* Quarto altare hoc intus vaeuum erat, sed terra vel lapidi impositum; quia crux Christi defixa est et imposita monti Calvariae. Quintò, craticula, in qua igne supposito carnes victimae cremabantur, significat acerbissimos Christi dolores, quibus in cruce pro nobis tum dolore, tum amore tostus est, juxta illud Ps. 101: *Ossa mea sicut cremum arurentur;* quod S. Hieron. vertit: *Ossa mea quasi frica contaberunt;* S. August.: *Ossa mea tanquam in fritorio confrixerunt sunt;* alii: *Ossa mea tanquam focus, aut torris adusta sunt.* Sextò, in latere orientali altaris erat fenestra, per quam ligna et fomenta ignis in arulam immittebantur, quia à parte orientali, in qua situs erat paradisus terrestris, peccatum Adae provenit, quod doloribus et cruciatibus Christi materiam et fomenta ministravit. Septimò, quid sint annuli et vectes, dicam in tropologia. Octavò, in hoc altari immolabatur quotidie agnus, quia in cruce immolatus est Christus, qui est agnus occisus ab origine mundi.

In hoc altari ardet jugiter ignis divinus; quia charitas Christi in cruce non fuit extincta, sed magis adhaec exarsit, omnesque martyres et fideles ad crucem et mortem cum Christo, et pro Christo subeundam ascendit.

Tropolog. altare holocausti est cor hominis, se per penitentiam macerans, vitiaque sua mortificans et Deo immolans, in altari, hoc est, in atrio: quia prius exercenda est mortificatio, et passionum compressio, quam ad altare thymiamatis, quod est in Sancto, id est, ad Dei amorem et unionem, possit accedere. Rursùm, ignis quo thymiamata in altari aere incendebantur in Sancto, deferabatur ex altari holocausti: quia orationis fervor et ardor, ex carnis et passionum jugi mortificatione promanat. Quare qui orationi incumbit, et negligit mortificationem, perinde facit atque si quis

ex lege ob festum incidens preceptae. Hinc Deus ignem de caelo misit, quem voluit in hoc altari sacrificiis, lignis appositis, jugiter alii et foveri, ne unquam extingueretur, ut semper paratus esset ad victimas cremandas, Levit. 6. Denique altaris hujus figuram expressam vide apud Vilalpando, lib. 4 de Templo, c. 75.

Allegoricè, hoc altare ligneum significabat crucem Christi, in qua quasi in ara Christus est immolatus; unde altare hoc erat tabernaculum in atrio; quia Christus extra castra, ut ait Apostolus, Hebr. 13, puta extra Jerusalem, passus est. Secundò, factum est ex lignis setim, qui tam crux quam caro Christi non vidit corruptionem. Rursùm, aere obductus quia est sanctorum significat predicationem Christi; est etiam aë symbolum fortitudinis crucis Christi, quae omnes daemonis, mundi et peccati vires contrivit. Tertio, habet quatuor cornua, quia crux Christi per quatuor plagas, toto orbe praedicata ab Apostolis et diffusa est: *In omnem enim terram erunt sonus eorum.* Quarto altare hoc intus vaeuum erat, sed terra vel lapidi impositum; quia crux Christi defixa est et imposita monti Calvariae. Quintò, craticula, in qua igne supposito carnes victimae cremabantur, significat acerbissimos Christi dolores, quibus in cruce pro nobis tum dolore, tum amore tostus est, juxta illud Ps. 101: *Ossa mea sicut cremum arurentur;* quod S. Hieron. vertit: *Ossa mea quasi frica contaberunt;* S. August.: *Ossa mea tanquam in fritorio confrixerunt sunt;* alii: *Ossa mea tanquam focus, aut torris adusta sunt.* Sextò, in latere orientali altaris erat fenestra, per quam ligna et fomenta ignis in arulam immittebantur, quia à parte orientali, in qua situs erat paradisus terrestris, peccatum Adae provenit, quod doloribus et cruciatibus Christi materiam et fomenta ministravit. Septimò, quid sint annuli et vectes, dicam in tropologia. Octavò, in hoc altari immolabatur quotidie agnus, quia in cruce immolatus est Christus, qui est agnus occisus ab origine mundi.

In hoc altari ardet jugiter ignis divinus; quia charitas Christi in cruce non fuit extincta, sed magis adhaec exarsit, omnesque martyres et fideles ad crucem et mortem cum Christo, et pro Christo subeundam ascendit.

Tropolog. altare holocausti est cor hominis, se per penitentiam macerans, vitiaque sua mortificans et Deo immolans, in altari, hoc est, in atrio: quia prius exercenda est mortificatio, et passionum compressio, quam ad altare thymiamatis, quod est in Sancto, id est, ad Dei amorem et unionem, possit accedere. Rursùm, ignis quo thymiamata in altari aere incendebantur in Sancto, deferabatur ex altari holocausti: quia orationis fervor et ardor, ex carnis et passionum jugi mortificatione promanat. Quare qui orationi incumbit, et negligit mortificationem, perinde facit atque si quis

sine igne vellet aromata incendere. Penitentiae aequae mortificationis exemplar fuit S. Magdalena, quae, ut ait S. Greg. hom. 55 in Evang., quot habuit in se oblectamenta, tot de se invenit holocausta; convertit ad numerum virtutum numerum criminum, ut totum serviret Deo in penitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Hinc secundo, altare hoc factum est de lignis setim, id est, de puri cordis desiderio; aere obducitur, quia mortificatio non aerea est et fulgens, sed aenea, dura, tinniens; quia tales non sunt adhuc plene mortui; unde percussi subinde sonant et murmurant. Tertio, tres cubiti altitudinis sunt fides, spes, charitas; quinque cubiti latitudinis sunt extensio patientiae; quinque cubiti longitudinis sunt extensio charitatis ad coercedos quinque sensus, ut servantur patientiae et charitati. Quatuor cornua sunt quatuor cardinales virtutes. Quartum cavum est, id est, terrae contagio vacuum, ut sanctum Dei ignem recipiat; sed lapidi, id est, duritiae et austeritati vitae, constantur incumbit. Quinto, arula sunt mentis penetrata igne, id est, charitate, fragrantia; ligna arulae imponantur, cum ipsae cogitationes mente concipiuntur; ignis additur, cum per gratiam sancti Spiritus illis excitantur et inardescunt. Craticula in modum retis significat mortificationem debere esse jugem, et ex variis generibus comexam et contextam. Haec namque jugis et omnimoda mortificatio, viros magnos et celestes, heroes et duces efficit. Laudant gentiles Agesilaum regem Laedemoniorum, quod cibo et somno dominaretur, frigori aequo ac aestui se assueficeret; quodque assidue in ore haberet: *Ducem non mollitie et luxu, sed tolerantia ac fortitudine debere subditis anteire*. Itaque cuidam interroganti, quid boni leges Lycurgi Spartanis attulissent, respondit: *Contemptum voluptatum*. Admiranti ejus et Spartanorum in vestitu et victu frugalitatem: *Haec*, inquit, *est semente metimus libertatem*. Hortanti ut aliquid de severitate victus remitteret, forte non habiturum eum alias occasionem mollius vivendi, respondit: *Ego verò me assuefacio, ut in nullâ mutatione mutationem quaeram*. Senior etiam factus, eandem vivendi tenuit rationem, rogatusque cur in frigore sine tunica obambulare: *Ut*, inquit, *juvenes imitentur exemplum seniorum et principum*. Thasi offerentem ei farinam, anseres, bellaria, placentas, etc.; ipse tantum farinam accepit, reliqua in servos distribuit, quaerentibusque causam, dixit: *Qui virtutem colunt, non admittunt tales gulae delicias; aliena enim à liberis ea sunt, quibus servorum ingenia alliciuntur*. Idem dicebat, male se vincere cupiditates, quam hostium exercitum; melius est enim conservare libertatem, quam eam aliis adimere. Testis est Plutarchus in ejus vita.

Quid jam faciat Christianus? dicat eum S. Paulo, 2 Corinth. 4: *Propter quod non deficiamus, sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem*; et alibi: *Propter te mortificamur tota die; aestimati sumus sicut oves occisionis, sive jugulationis, ut legit Tertull. Imitetur magnum illum Arsenium, qui rogatus cur aquam raritius muta-*

ret, cum fectore totam cellulam inficeret, respondit: *Lubens factorem hunc excipio in locum odoramentorum, quibus in palatii regum fui olim oblectatus, ut in die iudicii de inenarrabili illo gehemae furore liberet me Dominus*. Audiatur S. Bern. in serm. 340, inquit, *martyrium gravius est, quam inter epulas exsurre, inter vestitus multas preciosas algere, paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas ostentat magnis, quas desiderat noster appetitus? Propterea pauperibus et pariter martyribus regnum caelorum promittitur, quia paupertate quidem evitatur, sed in passione pro Christo absque dilatione percipitur*.

Sexto, lebetes cinerum sunt memoria passionis et mortis Christi ac martyrum, qui exemplo suo hanc viam crucis et mortificationis praeverunt; fuscinae, forcipes et ignium receptacula, sunt praevoces et sancti doctores, qui hunc sacrum mortificationis ignem in nobis assidue fovent et accendunt. Septimo, annuli et vectes sunt dona Spiritus sancti, quibus omnis labor et dolor penitentiae dulcescit, ut is ad dura et ardua quasi vehi et impelli videamur. Octavo, victimae hic immolatae sunt concupiscentiae variae, ad quas cremandas jugiter ignem charitatis in corde fovere oportet. Ita Beda lib. 2 de Tabernaculo, c. 21. Audi S. Greg. hom. 22 in Ezech. *Quid est, ait, altare? nisi mens bene viventium, qui peccatorum suorum memores lacrymis se lavant, carnem per abstinentiam macerant, ubi ex amore compunctionis ignis ardet, et caro consumitur, iuxta illud Apostoli Rom. 12: 4: Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; hostia vivens est, corpus Domino afflictum; hostia, quia jam hinc mundo est mortuum; vivens, quia cuncta quae praevalent bona operatur; sed alia compunctio est quae per timorem nascitur, alia quae per amorem*. Deinde adaptans haec utrique altari, scilicet holocaustorum et thymiatis, sic pergit: *Unde et in tabernaculo duo altaria fieri jubentur, unum exterius, alterum interius; unum in atrio, aliud ante arcam; unum ere coopertum, aliud auro; in ereo cremantur carnes, in auro incenduntur aromata. Multi enim plangunt mala quae fecerunt, et incendunt vitia igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde planguntur; quid isti nisi altare sunt aureum? in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alii verò à carnalibus vitii liberi, amoris flamma in compunctionis lacrymis inardescunt, superius jam interesse civibus concupiscunt, regem in decore suo videre desiderant, et flere quotidie ex ejus amore non cessant; quid isti nisi altare sunt aureum? in quorum corde aromata incensa sunt, quia virtutes ardent; sed hoc altare aureum est ante velum, quia Sanctorum corda per sanctum desiderium in illum ardent, quem adhuc revelata facie ridere non possunt*. Ita S. Franciscus rogatus, *quoniam preces Deo essent gratiores? Illar, ait, quae proprie carnis commutatur mortificatio*. Palchre Billius in Emblem.

At tua ne fructus pede claudo vota sequantur,
Fae tua cum vitis ut caro morte cadat.
Ara duplex templi quondam hoc sine voce docebat:

Tuis una, at causas altera habebat oves.

Obtulit hic causas pecudes qui membra necavit;

Qui pia vota fecit, tuis dedit ille Deo.

DE LIGNIS SETIM, quoad tabulas ambientes. Nam interius in imo, altare hoc usque ad sul medium, plenum erat lapide insecto; superius verò per totum craticula aene tegebat; quare hoc altare ex setim simile erat ciste quadratae, quae fundo et opereulo caret, et interius vacua est. Porro tabulae hae setim densis laminis aeneis operiebantur, ne ab igne vicino laederentur, imò non improbabili censeo Lipomanus per miraculum tam tabulas ab igne quam sacrificia à muscis illata servata fuisse. Unde et idololatrae, qui in suis sacrificiis à muscis vexabantur, ad eas abigendas colebant Deum Beelzebub. S. Hieron. in Ezech. 41, et alii apud Bedam censent ex paradiso terrestri allatum fuisse hoc lignum setim, fuisseque simile amianto lapidi, qui igne non leditur, sed purior evadit, de quo dixi superius.

VERS. 2. — CORNUA AUTEM PER QUATTOR ANGELOS EX IPSO ERUNT. *Cornua*, id est, anguli prominentes instar cornuum, ad ornam altaris, non aliunde, sed ex ipso altaris aere continuo opere deuntur.

VERS. 5. — FACIESQUE, etc., FORCIPES. Hebr. *iaim*, Septuag. *cooperimenta*, alii *scopas* vertunt; radix *iaa* significat *removere*; unde *iaim* instrumenta sunt quibus aliquid accipimus aut removemus, ut sunt forcipes et batilla, id est, pala, quo modo noster interpret veritum Num. 4, 14. Putat Pagninus nostrum interpretem, puta S. Hieron., hoc nomen *iaim* in libris Regum et Paralip. nunc vertere scutra, nunc trullas, nunc creagras, nunc tridentes. Verum non satis perspexit mentem et morem S. Hieronymi et S. Scrip., quae neque hic, neque alibi, omnino simul vasa tabernaculi aut templi distinctè enumerat; unde possim omittit opercula ollarum et lebetum, sed jam haec, jam illa ponit. Quod videns S. Hieron. in versione sua non reddidit verbum verbo, neque se astrinxit hebraeae vasorum enumerationi presentis loci, praesertim si ejus alio loco meminisset; sed indifferenter aliqua vasa quae tabernaculi esse sciebat, expressit, reliqua generali clausula complexus, dicendo: *Et cetera vasa*. Porro hoc loco phialas omisit, quae in Hebraeo expringuntur, quia eas nominat e. 25, 29, ubi proprius erat earum locus; neque enim in altari holocaustorum, sed in mensa panum propositionis hab phialae reponebantur, ut inde efferrentur quando is opus erat, ad libandum in altari holocaustorum.

ATQUE FUSCINULAS, quibus caro ollae extrahitur. Unde Septuag. vertunt, *creagras*, à capiendâ carne, sive tridentes essent, sive unius dentis. Unde noster interpret nomen hebraeum *mizleget*, vertit *fuscinulas, tridentes et uncinos*, id est, fuscinulas tam trium dentium quam unius.

ET IGNIUM RECEPTACULA, puta vasa ad capiendas prunas. Unde aliqui vertunt, *thuribula*, Septuag. *fo-cum*; serviebant haec vasa inter alia ad hoc, ut in illis ignis sanctus ex altari holocausti haustus, ad altare thymiatis vesper et mane, ad incensum in iis

adolendum, deferretur; nam, uti dicam e. 50, incensum non immediate in ipso altari, sed in hisco thuribulis altari impositis adolebatur. Ita Beda lib. 2, c. 11.

VERS. 4. — CRATICULAEQUE IN MODUM RETIS AENEAM. Hebraei, Abulensis et Lyranus putant hanc craticulam non immitti solitam intra altare, sed fuisse per ejus circuitum, tanquam zonam quandam elevatam cubitum unum cum dimidio, usque ad altaris medium, idque ad altaris duntaxat decorem et pulchritudinem. Verum haec sententia repugnat textui S. Scripturae, quae hanc craticulam non intra, sed supra altare ponit.

Dico ergo: Craticula haec tegebat superiorem partem, sive superficiem altaris, ita tamen ut commodè posset intra altare inferri et extrahi, cum opus esset. In hac craticula victimarum carnes comburenda imponebantur, ac proinde ipsa tota erat aenea, factaque in modum retis; ab hac craticula pendeat arula, ejusdem et longitudinis et latitudinis, cujus erat craticula. Arula haec per longos aeneos clavos, vel politis virgas aut laminas, superiori craticulae erat annexa; ita ut inter craticulam et arulam interjectum esset spatium cubiti cum dimidio; erat enim haec craticula in medio altari, ut dicitur cap. 58, 4; altaris autem altitudo erat trium cubitorum, unde et craticula ad medium altaris pertigisse dicitur hic v. 5, non per se, sed per arulam hanc sibi annexam; erat enim haec arula quasi fundus craticulae, in quo quasi finiebatur corpus ipsius craticulae.

Haec arula erat tanquam focus, in quo igitis ardebat, lignaque ei imponebantur ad comburenda sacrificia craticulae imposita; ac proinde erat tota aenea, ut et ipsa craticula. Hinc et verisimile est fenestram, sive ostium in latere altaris fuisse, per quod ligna immitterentur, et cineres ac carbones extraherentur, uti ex Cassiodori descriptione tradit Beda lib. 2, c. 12, et Richardus de S. Victore, licet Ribera hoc ostium neget, quia, inquit, poterat craticula sursum extrahi, et tunc arulae ejus ligna imponi. Sed hoc difficile et molestum fuisset, praesertim cum craticula jam impositae erant victimae; saepius enim isdem victimis subjicienda erant ligna, ut ille tote cremarentur; unde et saepius in eadem victimâ oportuisset craticulam eximere.

Rursim, in arula haec erant quatuor annuli aenei, quibus duo vectes inseriebantur, ad eam cum craticula seorsim à tabulis altaris portandam. Erant autem hi annuli in quatuor infimis arulae extremitatibus, idque hic vers. 5 dicitur esse subter arulam.

Hinc patet non esse verum quod censuit Abulensis et Vilalpando lib. 4 de Templo, c. 81, scilicet ligna ipsa non arulae seu foculo quem ipsi negant, sed altari sive craticulae superne imponi, eisque carnes victimae cremandas superponi debuissent. Ex dictis enim constat ligna fuisse imposita igni, qui erat sub altari in arula; non tamen nego ligna etiam ipsi altari sive craticulae imposita fuisse; praesertim si victima esset magna, eaque ob victimarum multitudine cito cre-

enim solis sacerdotibus Aaronicis ingredi licebat. In hoc ergo atrio laici orabant, offerebant sacerdotibus suas victimas, spectabant sacrificia, et ex iis epulabantur, comedentes victimas pacificas coram Domino, id est, coram tabernaculo, quod erat quasi domus Dei, ut patet Deuter. 12, v. 7, et cap. 16, 11; nunquam enim laici accedere poterant ad atrium sacerdotum, ac consequenter nec ad altare holocaustorum quod in eo erat. Denique ad ostium huius atrii puerpera, leprosi, aliique immundi lustrabantur et expiabantur. Quinto, in atrio hoc erat labrum aeneum et altare holocaustorum, in quo omnes victimae immolabantur. Sexto, tabernaculum unum tantum habebat atrium, in quo tamen verisimile est sacerdotibus et Levitis proprias stationes fuisse assignatas, iuxta altare holocaustorum. Unde in templo Salomonis, ubi haec omnia pulcherrime fuerunt ordinata, duplex erat atrium, unum interius juxta tabernaculum, ubi erat altare holocaustorum, labrum aeneum, et statio sacerdotum; secundum exterioris laicorum; quod à priori atrio sacerdotum Salomon distinxit muro alto tres cubitos, ita ut laici ex suo atrio ultra hunc murum prospicere possent in atrium sacerdotum, ac videre sacrificia quae ibi peragebantur in altari holocaustorum, non tamen illud ingredi. Septimo, nulli gentilium vel immundorum licitum erat hoc atrium intrare sub pena mortis; erat enim atrium quasi templum populi, unde pro gentilibus et immundis Herodes aliud atrium extimum aedificavit et addidit, ut ipsi eminens possent interesse sacris et sacrificiis. Addit Vilalpando in Ezech. tom. 2, pag. 245, in templo Salomonis altare holocaustorum constitutum fuisse à regione trium portarum atrii; quia erat, inquit, in medio atrio, ita ut aperta quilibet portâ, orientali, meridionali, aquilonari, ipsum altare et holocausta conspicerent à populo per tres hasce portas, et consequenter à gentilibus ex suo atrio, quod habebat tres portas, tribus portis atrii sacerdotum et populi ex æquo respondentes.

Mysticè, atrium significabat fideles incipientes Deo servire, Sanctum proficientes, Sanctum sanctorum perfectos et beatos, unde in atrio erat labrum sive laverium, id est, penitentia, et altare holocausti, id est, mortificatio vitiorum. Ita Beda. Vide dicta c. 26, 4. Atrium ergo hoc est stadium et studium virtutis. In hac vitâ, ait S. Aug. ep. ad Macedon., virtus non est, nisi diligere quod diligendum est; id diligere prudentia est; nullis inde averti molestiis, fortitudo est; nullis illecebris, temperantia est; nullis superbâ, iustitia est. Et S. Ambros. in Ps. 118: Nulla, ait, sine labore virtus est; quia labor est processus virtutis. Stimulus est, quem dat Seneca: Una, inquit, res est virtus, quae nos immortalitate donare possit, et pares diis facere. Virtus ergo premium est beatae vitæ; nec sine virtute aliquem posse effici beatum, docuerunt Stoici. Unde Horatius lib. 3, Ode 2:

*Virtus repulso nescia sordida,
Intaminata fulget honoribus.
Virtus recludens immeritis mori
Caelum, nequâ tentat iter viâ.*

VERS. 8. — CAVUM INTRINSECUS FACIES. Ut scilicet in hac altaris cavitate, interius sit locus pro igne et lignis, ad cremandas carnes craticale superpositas. Intelligit altare hoc fuisse cavum usque ad sui modum; nam inde usque ad pavimentum plenum erat terrâ, vel potius lapide insecto, uti jam dixi.

VERS. 9. — FACIES ET ATRIUM TABERNAECLII. Nota. Atrium hoc factum est, ut undequaque ambiret tabernaculum et altare holocaustorum, tum ornatis, tum reverentiae causâ. Tabernaculum ergo consistebat in medio atrii, quasi habitaculum gloriae Dei inter homines conversantis, eosque exandentes et dirigentes, ut hæc præsentia et providâ gubernatione invitât Hebraei, solum Deum verum colerent, et ab idololatriâ absternerent. Secundo, hoc atrium supernè non erat tectum, sed sub dio, quale cavedium vocat Daniel Barbarus in Vitruvium lib. 6, c. 5. Unde Vilalpando lib. 3 de Templo, cap. 25, pag. 201, atrium dictum putat à graeco *αἰθέρας*, quasi dicas aereum, in aere, sub dio; licet alii atrium dici velint, eò quòd à terrâ oriatur, quasi aeternum vel aeternum, ubi verò, quòd Atriae in Etruria primum atria ante sedes constructa fuerint. Hoc tamén atrium à lateribus per circuitum ambiebatur tentoriis, id est, velis vel aubeis, ex bysso retortâ factis, haecque vela erant instar murorum, vel parietum ipsi atrio. Porrò suspensa erant haec vela ex columnis aeneis, quae vestitæ erant argenteis laminis, et capitibus argenteis, basibus verò aeneis. Tertio, atrium erat quadratum, vel potius quadrangulum, erat enim longum 100 cubitis, latum 50, altum 5, ut patet vers. 18; cingebatur sexaginta columnis aeneis, puta 20 à latere meridiano, 20 ab aquilonari, 10 ab occidente, et 10 ab oriente; una verò columna distabat ab aliâ 3 cubitis. Porrò in columnis eminebant paxilli, id est, clavi, è quibus tentoria, id est, vela, suspendebantur, uti dixi. Quarto, atrium ab ingressu habebat, inquit Philo et Abulensis, 50 cubitos longitudinis usque ad tabernaculum, et totidem latitudinis, ut caperet populum. Erat enim hoc atrium locus orationis populi; unde ab Evangelistis et à Josepho vocatur templum. In hoc enim atrio versatus est et docuit Christus, ex eoque vendentes et ementes eiecit; nec enim Christus unquam ingressus est tabernaculum, vel Sanctum, hoc

Et Ovidius lib. 4 Trist. eleg. 5:

*Materiaeque tuis tristem virtutibus imple.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.*

Via ad virtutem est exercitatio. Unde Hesiodus:

*Ante virtutem Dii sudorem posuerunt:
Longa et ardua via ad ipsam atque aspera primum;
Postquam ad summum perveneris, facilis deinde erit.*

Et Aristot. 2 Ethic. 1: Non à naturâ, ait, neque præter naturam in nobis insunt virtutes; sed non factive sumus ad eas, et percipiendas naturâ, et efficiendas consuetudine; et c. 5: Virtus moralis omnis inchoat et voluptatibus ac doloribus, hisce tolerandis, illis moderandis. Et 1, c. 10: Nulla, ait, in re mortali tantum tanta inest firmitas, ut in iis rebus qua virtute geruntur: multo enim scientiis ipsis sunt firmiores et stabiliores; quarum ut quæque præstantissima est, ita stabilis maxime. Pythagoræ vox est: Optima vita nobis est diligenda, quam max suavem efficit ipsa consuetudo. Divitiæ anchora sunt infirma, gloria etiam infirma, corpus idem, magistratus, honores; omnia hæc inbecilla sunt, et virtus destituta. Quæ ergo anchoræ sunt firmæ? Prudentia, magnanimitas, fortitudo; eas nulla tempestas agitat. Hæc Dei est lex, virtutem solum esse, quæ potens solidaque sit; cetera omnia nugæ esse et ineptias. Tacitus 1. 4 Annal.: Virtus, ait, est proprium hominis bonum. Curtius 1. 7: Nihil, ait, tam altè natura constituit, quo virtus non possit emitti. Stoicorum dogma est, nihil esse expectandum præter virtutem, nihil fugiendum præter vitium. Theodota meretrix Socrati insultans: Ego, ait, multum te antecedo. Nam cum tu neminem ex meis à me possis oblatere, ego cum libitum est, tuos omnes ad me voco. Cui Socrates: Non mirum est hoc; tu siquidem ad declivem tramitem omnes rapis; ego verò ad virtutem eogo, ad quam arduus et plerisque insolitus est ascensus: Idem respondit Thomas Morus Lutero iactanti suorum assecrurum copiam. Antisthenes aiebat virtutem esse rem operum, non verborum. Virtus ex viro appellata est, ait Cicero; virilis ergo animus viros et virtutem decet. Agapetus Diaconus apud Justinianum: Sicut, ait, qui scalas conscendere ceperunt, non prius desistunt ab ascensu, quam supremum attingerint gradum, sic virtutis studiosus semper aliis scandere conatur. Philo libro de plant. Noe: Sicut, ait, oriens sol totum cœlum radiis illustrat; sic etiam virtutes suis in homine radiis, ubi mentem totam penetrant, eam effluunt lucidissimam. Idem 1. 4 Allegor.: Sicut, ait, in animali prima pars est caput; secunda, pectus; tertia, inguen; et in animâ prima pars est rationalis; secunda, irascibilis, tertia concupiscibilis: ita virtutum prima est prudentia, quæ caput et rationem dirigit; secunda, fortitudo, quæ iram componit, et pectus stabilis; tertia, temperantia, quæ circa inguen et partem concupiscibilem occupatur.

Hæc gentiles et Judæi de virtute morali et naturali; quid Christianus jam dicit de virtute divinâ et supernaturali, quæ opus est gratiæ Dei? sine hæc enim nemo tendere potest ad Sanctum sanctorum in oculis. Jam ad textum veniamus, et difficultates quæ in litterâ occurrunt, explicemus.

TENTORIA. Ha passim hic vocantur vela vel aulae, quibus circumquaque tegebatur hoc atrium. Unde Septuag. vertunt *aulæ*.

VERS. 10. — ET COLUMNAS VIGINTI CUM BASIS TOTIEM AENEIS. Hebraicè, et columnas viginti, et bases viginti *ex aere*, scilicet facies. Nam columna atri erant non lignæ, sed aeneæ, uti et bases. Unde non exprimitur hic alia earum materia, quam æs: in columnis verò tabernaculi exprimitur alia earum materia, scilicet ligna setim, ut patet c. 26, v. 52 et 57. Ad hæc, aeneas fuisse atri columnas, non lignæ, expressè docet noster Interpres in fabricâ tabernaculi, c. 58, v. 10 et 12. Fallitur ergo Philo, qui ait has columnas factas esse ex cedro, sicut tabulas tabernaculi ex cedro factas esse asserit; putat enim ipse setim esse cedrum. Sicut ergo inter Sanctum et Sanctum sanctorum erant quatuor columnæ de lignis setim inauratis, sustentantes velum tegens Sanctum sanctorum; rursum, sicut in ingressu Sancti sive tabernaculi, erant quinque similes columnæ, sustentantes velum tabernaculi; ita circum tabernaculum et atrium fieri hic jubentur 60 columnæ aeneæ, puta 20 à latere meridiano, et 20 ab aquilonari, 10 ab occidente, et 10 ab oriente, quibus vela suspendantur, quæ atrium instar murorum ambiant et septiant.

QUE CAPITA CUM CÆLATURES HABEBUNT ARGENTEÆ. Hebr. et Chald., *argenteæ erant capita columnarum cum cincturis vel circulis*, qui scilicet circa columnas filis argenteis dæcantur, nam Hebraeorum *caput* clavum capitulum, vel caput clavi significat, unde et litteræ *cap* non nomen est inditum. Nec repugnant Septuag. qui vertunt: *Καὶ αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν, καὶ αἱ φερόμεναι τῶν ἀρχῶν περιεσφύριον μετὰ ἀργύρου*, quod mirum est Compluteusia libbia vertere: *Et fibula earum, et forcipes earum erant deargentatæ argento*, *argenteis enim circulis est, quæ noster vocat cælaturam; φερόμεναι* verò apud Vitruvium sunt prominentes seu frontali lapides, seu id quod in fornice aut domo prominet, quomodò à simili formâ prominentia columnarum capita vocant Sept. Sic ergo vertunt Sept.: *Et circuli columnarum, et prominentia earum capita deargentata erant argento*, quod idem est cum eo quod habent Hebr., Chald. et noster. Cælatura ergo hæc non erant incisiones aut insculpturæ, sed laminæ tenues, aut fila ambientia et gyrantia tum capita columnarum, tum corpus earum et bases. Hoc enim significat Græcum *σφαιρῆς*, et Hebraeorum *chascukim*, ut patet c. 58, v. 10 et 12. Ita Abulensis.

VERS. 11. — SIMILITER ET IN ALTARE AQUILONIS (quod est latus longitudinis atrii, æquè ut latus meridiano illi oppositum) PER LONGUM ERUNT TENTORIA (vela ex bysso) CENTUM CUBITORUM. Longitudo enim atrii erat centum cubitorum; unde vela ejus extendebantur 100 cubitis in longum, in tam parte australi, quàm aquilonari. Eâ enim parte spectabatur ejus longitudo, sicut latitudo ejus spectabatur à parte orientali et occidentali; fuit ergo atrium quadrangulum; nam longitudo ejus erat dupla ad latitu-

dinem. Erat enim longum 100 cubitis, latum verò 50. Asserit Josephus tabernaculum in medio atrii fuisse collocatum, quod aliqui præcisè de medio geometrico intelligunt, ac proinde censent tabernaculum à parte longitudinis habuisse ante se, puta ad orientem, 55 cubitos atrii: post se ad occidentem habuisse totidem cubitos ex atrio; his enim 55 faciunt 70, quæ addita ad 50 cubitos, quibus longum erat ipsum tabernaculum, faciunt cubitos 100, quæ erat longitudo totius atrii. Verùm quia 35 cubiti post tabernaculum ferè fuissent frustra, et accidissent valde spatium anterius atrii, quò ferè confluebat populus ad sacra et sacrificia, quæ fiebant ante tabernaculum in hæc anteriori sive orientali parte atrii, nec enim spatium 55 cubitorum capere poterat tantum populum; hinc verisimilius est quod ait Philo, Abulensis et alii, tabernaculum æquali spatio distasse à tribus atrii partibus, videlicet à duobus atrii lateribus, et à tergo. Id spatium erat 20 cubitorum; ergo à parte anteriori habebat tabernaculum ante se atrium non 55, sed 50 cubitorum, quò ingentem capiebat populum. Adde enim ad hos cubitos 50 atrii, 50 cubitos longitudinis ipsius tabernaculi, ac denique 20 cubitos atrii post tabernaculum, complebis cubitos centum, quæ erat longitudo totius atrii. Rursùm tabernaculum in latere aquilonari distabat ab atrii columnis et ambitu viginti cubitis et totidem in australi. Adde enim his 40 cubitis atrii, qui utrinque ex vicinis consurgunt, 10 cubitos latitudinis ipsius tabernaculi, complebis 50 cubitos, quæ erat latitudo totius atrii.

Nota. Quælibet columna atrii cum suo velo alta erat quinque cubitos, ut patet v. 18; tabernaculum verò erat duplo altius; erat enim altum decem cubitos, idque ut esset in conspicuo, et eminens extra atrium conspici posset.

Tropolog. Rupertus: Sexaginta, inquit, atrii columnæ, puta 20 ab austro, 20 ab aquilone, 10 ab oriente, et 10 ab occidente, significant laborem assiduum et constantem in observandis Dei præceptis, quibus ad celum tendimus. Sex enim significant tempus presentis vite, 40 Decalogum (sexies autem decem faciunt 60, qui est numerus columnarum atrii), cujus perfectâ observatione per totam vitam nostram, ad futuram in cœlis gloria perfectionem perveniemus. Qui ergo eò, et ad apicem virtutis contendit, laboret et sit constans ut columna, juxta illud Horatii lib. 3 Carm.:

*Iustum et tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni,
Mente quæsit solidâ,
Nec fulmineantis magna manus Jovis.*

Constantiâ enim opus est ad vincendam primò innatam nobis animi molliem, et pronitatem ad voluptuosam; secundò, ad superanda ardua, difficultates et tentationes, quæ in operibus, præsertim heroicis occurrunt; terciò, requiritur constantia ad perseverantiam. Multi enim benè incipiunt, sed sensim anguescunt.

Diogenes, teste Laertio lib. 6, cuidam monenti,

ut jam senex quiesceret à laboribus: *Quid, inquit, si in stato curarem, utrum oportet, an metæ vicium cursum remittere, an magis intendere?* q. d.: Non deo refrigescere, cum ad finem vite et agonis accedo, sed magis accendi. Constantiâ speculum fuit Cato Uticensis, quem cum rebus deploratis amici hortarentur, ut ad Casaris clementiam confogeter, respondit: *Eorum qui vici sunt, et qui delinquerint, est supplicare; Cato nec victus, nec captus est, qui se per omnem vitam invictum præstitit, ac Casarem honestate et justitiâ longè superavit.* Et Socrates, qui ad mortem damnatus, ad iudices conversus: *Parendum, ait, magis est Deo immortali, quam vobis. Itaque quamvis spirabo, à philosophando, et vos admonendo non desistam.* Ejus hæc erat sententia: *Sicut statua vel columna basi, ita vir bonus instituto inimicus honesto, nullatenus dimoveri debet.* Unde Xantippe uxor Socratis de eo prædicabat, quòd semper videret illum eodem vultu revereatentem domum, quo exierat. Theodor. Lysimacho minitanti mortem crudelissimam: *Minuire, ait, hæc purpuratis tuis; Theodori quidem nihil interest lumine an in cruce putrescat.* Seneca: *Bonus, ait, vir est, qui eò usque perducit affectu animum, ut non tantum peccare non velit, sed etiam non possit.* Anaxarchus, cum à Nicocreonite Cypri tyranno, in saxo concavo tunderetur, infracto animo ait: *Tunde, tunde Anaxarchi vasculum, à Anaxarchi constantiam non teres.* Zeno dicebat *facilius esse utrum infatum mergere, quam quævis probum virum inivium ad aliquod agendum cogere. Nam invictus animus rectæ rationis placitis confirmatus, cedit nemini.* Captâ ab Alarico Româ, Gothus mulierem valde pulchram ad sul obsequium et amorem invitavit. Ubi verò eam studio pudicitie libidini suæ reluctari conspexit, strictum gladium jugulo intentavit, ac demùm etiam ferit. Cùm virgo tota sanguine perfusa, ne sie quidem de sententiâ cederet, tum constantiam admiratus, ad basilicam S. Petri adduxit, ac datis sex alimonie causâ nummis aureis, eam templi custodibus commendavit. Ita Sigon. lib. 10 Imper. occid. Nota est constantia S. Vincentii, Laurentii, Ambrosii, Athanasii, Antonii, Hilariionis, Lucie, Agnetis, Mathathie, Machabeorum, etc.

S. Chrys. hom. 77 in Matth.: *Semper, ait, stare, et nunquam cecidisse, divinam est atque mirabile.* S. Nazianz. orat. de seipso: *Ego, ait, ille idem sum, nec immator, ut polypti à petris quibus adherent.* S. Cyprian. lib. 4, ep. 2: *Decet graves viros, semel super petram robustam solidâ stabilitate fundatos, non cito curâ levi, sed nec vento, nec turbine commoveri.* S. Anselm. in Similitudin. c. 175: *Quadratus, ait, lapis sex æqualia habet latera; in quod horum ceciderit, firmiter stabit. Sic providendum est viro justo, ut in suo persistat proposito. Hujus autem latera sex hæc sunt, prosperitas, adversitas, sui libertas, subjeccio, in secreto esse, et in publico; in quibus singulis, si à diabolo impellatur, stet, nec à proposito moveatur.* Nunc redeamus ad columnas atrii.

Idem quod columnæ, significant 50 cubiti latitudinis atrii; significat enim quinquagenarius numerus

initia credentium, quæ in remissione peccatorum et spe future beatitudinis celebrantur. Idem significant centum cubiti longitudinis atrii: nam centenarius, qui ex denario in se ducto consurgit (decies enim decem faciunt centum), qui duplus est, ad 50 vite celestis habet figuram. Unde Noe centesimo anno perficit arcam, centenario Abrahamæ nascitur filius promissionis Isaac, Abraham centenarius peregrinatur in terrâ promissionis, Isaac centuplum seminis in Geraris, id est, in peregrinatione, facti accepit: sic Christus relinquens temporalia promissit centuplum, id est, gaudium amplum ex fraternâ societate, et ex spe vite celestis nunc, et tunc, puta in cœlo, gaudium immensum ex possessione regni celestis. Centum ergo cubitos habet atrium; quia qui Ecclesiæ filii sunt, necesse est ut pro æternâ in cœlis vitâ, laborem in se patientie et continentie temporalis assumant. Ita Beda.

Ita S. Franciscus rogatus quomodo tam tenai veste hiemale frigus et gelu toleraret, respondit: *Si supernæ patriæ flammâ per desiderium contegeremur, facilè nos ab hoc frigore tueremur.* Et S. Dorothæa à Fabricio præfecto torta, cum ad capitale supplicium duceretur: *Gaudeo, ait, me ad sponsam pergere, cujus paradus omnium florum ferax amenius vernat, quam dici possit.* Unde et ex hoc paradiso, post mortem, rosas Theophilo eas poscenti, in februario misit, itaque cum ad Christum convertit. Vis esse perfectus? vis esse celestis? celestia cogita, quæ sursum sunt sapias, Dei voluntatem adimple. Porro voluntas Dei, quam Christus et fecit et docuit, est humilitas in conversatione, stabilitas in fide, veracundia in verbis, in factis justitia, in operibus misericordia, in modis disciplina, injuriam facere non nosse, et factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere; amare in illo quòd pater est, timere quòd dominus est: Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis quidquam ille præposuit, ait S. Cyprianus tract. de Orat. Domin.

VERS. 15. — IN EA QUOQUE ATRII LATITUDINE QUÆ RESPECTU AD ORIENTEM QUINQUAGINTA CUBITI ERUNT. Sensus hujus versûs et sequentium usque ad 17 hic est: Sicut longitudo atrii erit centum; sic latitudo erit 50 cubitorum, idque undique, tam ad occidentem, ut dixi versu præced., quam ad orientem, uti hic dico. Hi 50 latitudinis cubiti in atrio ante tabernaculum, puta in orientali parte atrii, per suas columnas et vela quæ illam cingunt, ambiunt et terminant; ita distribuuntur, ut 20 mediis cubitis pateat ingressus et aditus ad atrium et tabernaculum: reliqui triginta ita dividuntur utrinque, ut 15 ad austrum, totidem ad aquilonem cum tribus utrinque columnis et basibus relinquuntur. Hinc sequitur, inter singulas columnas 5 cubitos, seu velum 5 cubitorum fuisse interjectum. Erant enim decem columnæ in latitudine atrii: quinque autem decem faciunt quinquaginta, quæ erat latitudo atrii.

VERS. 16. — IN INTROITU VERO ATRII FIEB TESTIMORUM CIRCITORUM VIGINTI EX HYACINTHO, ET PURPURA, COCCOQUE HIS TINCTO, ET BYSSO RETORTA: COLUMNAS HABEBIT QUATTOR. Hic describitur introitus et quasi porta

atrii, quæ proinde splendidior erat. Habebat enim velum picturatum ex bysso, purpurâ, cocco et hyacintho, cum reliqua atrii vela essent ex nudâ bysso. Hic ingressus habebat quattuor columnas in quibus hoc velum appendebatur, ac proinde erat 20 cubitorum; quæque enim columna ab alâ distabat 5 cubitis, ut dixi; inter has quattuor columnas, tres, ut patet, intercepte erant viæ, quibus reducto vel elevato velo, patebat ingressus in atrium.

VERS. 17. — OMNES COLUMNÆ ATRII PER CIRCITUM VESTIÆ ERUNT ARGENTEIS LAMINIS. Non quasi bisce laminis tote columnæ operirentur, uti arca, mensa, et tabule tabernaculi aureis laminis omnino tegebantur; sed quòd tenoibus argenti laminis, instar florum, columnæ hæc circumdarentur in gyrum, tamquam medio inter gyros vacuo relicto, ut quæsi opus interrasile, diciturque celatura, ut passim hic noster interpres illud nominat, hoc enim significat Hebr. *chascuc*; quo nomine non est usus Moses in laminis arcæ, mensæ et tabularum; ibi enim usus est verbo *tsippas*, quòd tegere vel obtegerè significat. Ita Abulensis.

VERS. 18. — ET HABEBIT BASES ENESAS. Josephus lib. 5, cap. 8, ait has bases aeneas fuisse mucronatas, imæ hæste similes, itaque per hanc suam aciem fuisse in terram delixas.

VERS. 19. — ET CÆREMONIAS. Hebr. in omnem cultum, sive ministerium cæremoniale ad colendum Deum. Sic noster accepit nomen cæremonie cap. 38, vers. 21; aliàs ferè hoc nomen cæremonie significat præcepta cæremonialia, quæ ritum colendi Deum ex pacto ipsius Dei præscribunt.

TAM PAXILLOS EJUS, QUAM ATRII, EX AERE FACIES. Paxilli, id est, clavi, qui ad hoc tam in atrio, quam in tabernaculo facti sunt, ut infixi columnarum summitatibus foras eminent, et impositi sibi velorum vel cortinarum funibus, sic ea levantes à terrâ suspendentes. Adit Josephus factos etiam esse annulos, quibus innecterentur funes, qui clavis æreis cubitalibus humi confixi columnas firmarent, et contra ventorum vim tabernaculum munirent.

VERS. 20. — AFFERANT TIBI OLEUM DE ARBORIBUS OLIVARUM PURISSIMUM, PILOQUE CONTESUM. Nota est *contusum*, q. d.: Non molitum, quòd amurâ et facca plenum est, sed vel spontè fluens, vel certè pili tansione ex olive solâ carne, vel pulpâ expressum.

VERS. 20 et 21. — UT ARDEAT LUCERNA SEMPER IN TABERNACULO TESTIMONII. Pro testimonii, hebr. est *moed*, quòd primò testimonium significat, sicut *heid*, à quo deducitur, testari significat. Secundò, proprie et genuinè *moed*, significat conventum, congregationem, cœtum, ecclesiam, à radice *iaud*, id est, convenire. Dicitur ergo tabernaculum *moed*, id est, conventus, eò quòd ibi Deus conveniret Mosem, et cum eo loqueretur, ut patet c. 25, 22, et c. 29, 42. Noster interpres verò *moed* veritè testimonium, vocatque tabernaculum testimonii, eò quòd tabernaculum contineret legem, quæ erat testimonium voluntatis et fœderis divini.

VERS. 21. — EXTRA VELUM QUOD OPPANSUM EST TESTIMONIO. *Testimonio*, id est, arce continenti testimonium, id est, legem, sive tabulas legis. Hinc Oecumen. in c. 9 ad Hebræos, et Elias cretensis in orat. 5 de Theologia Gregor. Nazianzen. post initium, tria numerant tabernacula: primum extimium, puta atrium, quod clausum erat cortinis per latera, sed supernè pateus, de quo hoc capite egit Moses; quod ab Apostolo Hebr. 9, v. 1, putant vocari *Sanctum seculare*, sive, ut grecè est, *ἁγιον*, id est, mundanum, eo quod omnibus commune erat, inquit Chrysostomus: in hoc erat nempe altare holocaustorum sub dio. Secundum tabernaculum erat Sanctum, quod erat quasi templum sacerdotum, quod Apostolus vocat tabernaculum primum: hoc undique clausum erat, et nexum Sancto sanctorum; in hoc erat candelabrum, altare thymiamatis, et mensa panum propositionis. Tertium tabernaculum erat Sanctum sanctorum, soli pontifici patens: in illo erat arca cum propitiatorio et cherubim; item urna cum manna et virgâ Aaronis. Verùm hæc de re dixi Hebr. 9, v. 1.

USQUE MANE LUCERAT CORAM DOMINO. Hinc patet de die non arsisse lucernas in candelabro, licet id putent Cajetan. et Lipoman., sed tantum de nocte; quare quod paulo ante dixit: *Ut ardeat lucerna semper*, id hæc explicat, ut *semper* idem sit quod *singulis noctibus*; vespero ergo accendebant sacerdotes lucernas, ut totâ nocte arderent; mane verò eas extinguiebant, mundabant, componebant, et oleum infundebant. Id ita esse patet tam ex hoc loco quàm Levit. 24, 5; et 2 Paralip. 15, v. 11; et 1 Regum 3, 5. Ita Abulensis, Olearster et alii. Josephus tamen, lib. 5 Antiq. c. 9, asserit sacerdotum mane extinxisse quatuor lucernas, et permisissis tres reliquis ardere: vespero verò rursum quatuor, quas manè extinxerat, accendisse, ita ut omnes septem lucerent per noctem. Favere videtur huic sententiæ, quod tabernaculum tam per diem quàm per noctem undique obvelatum erat, nec haberet fenestram, per quam lumen admitteret: ergo videtur opus habuisse etiam per diem lucernâ aliquâ ardente. Verùm hoc non adeò certum est: nec enim Josephus vidit hoc tabernaculum, sed templum; et Scriptura tribus quatuorve locis jam citatis, nullam

CAPUT XXVIII.

1. Applicæ quoque ad te Aaron fratrem tuum cum illis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur tibi: Aaron, Nadab et Abiu, Eleazar et Itamar.

2. Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam et decorum.

3. Et loqueris eunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret tibi.

4. Hæc autem erunt vestimenta quæ faciunt: rationale, et superhumale, unicum et lineam strictam, cidarium et balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron et filiis ejus, ut sacerdotio fungantur tibi.

5. Accipientque aurum, et hyacinthum, et purpuram, coccoquæ bis tinctorum, et byssum.

lucernâ aliequæ per diem lucens facit mentionem, sed simpliciter et constanter asserit lucernam vesperè fuisse accensam, et luxisse usque ad mane; quo satis innuit mane fuisse extinctam, et per lucernam intelligit non unam, sed omnes septem, ut videtur, quæ erant in candelabro. Jam enim ante dixi tabernaculum admisisse lumen per velum anterius reflexum, et aliquosque elevatum: hoc enim velum erat loco ostii in tabernaculo.

Dices: Josephus, lib. 8 Antiq. cap. 2, ait Salomonem fecisse candelabrum unum quod interdù arderet. Respondeo: Grecè pro interdù est *ἄσθ' ἡμέρας*, quod verbotentis significat *per diem*, id est, quotidie, quod verum est: quia quotidie per noctem ardere debebat lucerna, alioqui enim Josephus Scripturæ omnino foret contrarius, cum dicat ex legis præscripto id fieri debuisse; Script. enim nusquam præcipit ut per diem accendatur lucerna: imò hic et alibi tantum per noctem eam accendi jubet.

In Sancto ergo tantum nocte ardebant lucernæ, eoque omnes ad mysterium, ut scilicet significaretur quod lucernæ vivæ, id est, doctores et sacerdotes, solâ nocte hujus seculi, id est, in ecclesiâ hæc, rudiores illuminant (hinc dixit Plato viros bonos non longâ vitâ, sed clarâ et illustri opus habere); nam in die æternitatis, cum erinus in Sancto sanctorum, nulla erit lucerna, non sol, non luna, sed lucerna ejus est Agnus, Apoc. 21, 25. Quâ de causâ etiam in Sancto sanctorum positum non erat candelabrum, sed omnia ibi erant obscura, ut Deum ibi loquentem tegerent, et significarent nos futuram in celo gloriam, hic per tenebras et ænigmata tantum contemplant. Ita Beda lib. 5 de Tabern. c. 1; et Radulphus lib. 17 in Levit. 4.

PERPETUUS ERIT CULTUS. Ritus hic accendendi vesperæ lucernas erit perpetuus, intellige in lege et religione vestrà, quia omni tempore legis et judaismi durabit; unde additur, *per successiones eorum*, scilicet sacerdotum Aaronicorum, qui à filio Israel jugiter recipiant oleum ad accendendas quotidie lucernas.

Mysticè, populus offert oleum, id est, conscientiam puram, fecundam et devotam, ut eam sacerdotis igne charitatis et lumine celesti accendant. Ita Beda.

CAPITRUM XXVIII.

1. Faites aussi approcher de vous Aaron votre frère avec ses enfants, en les séparant du milieu d'Israël, afin qu'ils exercent devant moi les fonctions de sacerdoté: Aaron, Nadab, Abiu, Eleazar et Itamar.

2. Vous ferez un vêtement saint et sacré à Aaron votre frère, pour la gloire et l'ornement du culte divin.

3. Vous parlerez pour cela à tous ceux dont le cœur est rempli de sagesse, à qui j'ai donné un esprit d'intelligence et d'habileté, afin qu'ils fassent des vêtements à Aaron, votre frère, et qu'étant sanctifiés par ces ornements sacrés dont il sera revêtu, il me serve dans son ministère avec plus de dignité.

4. Voici les vêtements qu'ils feront: Le rationale, l'épôche, la tunique de lin, qui sera plus étroite, la mitre et la ceinture. Ce seront là les vêtements saints qu'ils feront pour Aaron, votre frère, et pour ses enfants, afin qu'ils exercent devant moi les fonctions du sacerdoce.

5. Ils y emploieront l'or, l'hyacinthe, la pourpre, l'écarlate teinte deux fois, et le lin fin.

6. Facient autem superhumale eo auro, et hyacintho, et purpurâ, coccoque bis tinctorum, et bysso retortâ, opere polymito.

7. Dnas oras junctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant.

8. Ipsa quoque textura et cuncta operis varietas erit ex auro, et hyacintho, et purpurâ, coccoque bis tinctorum, et bysso retortâ.

9. Sumesque duos lapides onychinos, et sculptes in eis nomina filiorum Israel:

10. Sex nomina in lapide uno, et sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatæ eorum.

11. Opere sculptoris et calatrâ gemmarum, sculpses eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos;

12. Et pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filii Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies et uncinos ex auro,

14. Et duas catenas ex auro purissimo sibi invicem coherentes, quas inseres uncinis.

15. Rationale quoque judicii facies opere polymito juxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho et purpurâ, coccoque bis tinctorum, et bysso retortâ.

16. Quadrangulum erit et duplex: mensuram palmi habebit, tam in longitudine quàm in latitudine.

17. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, et topazius, et smaragdus;

18. In secundo, carbunculus, sapphirus et jaspis;

19. In tertio, lygurius, achates, et amethystus;

20. In quarto chrysolitus, onychinus, et beryllus: inclusi auro erunt per ordines suos.

21. Habebuntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus calabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem coherentes ex auro purissimo;

23. Et duas annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate.

24. Catenasque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus;

25. Et ipsarum extenarum extrema duobus copulabis incisus in utroque latere superhumeralis quod rationale respicit.

26. Facies et duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ è regione sunt superhumeralis, et posteriora ejus aspiciunt.

27. Neonem et alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis dorsum, quod respicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari possit cum superhumerali,

28. Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitâ hyacinthinâ, ut maneat junctura fabrefacta, et à se invicem rationale et superhumale nequeant separari.

29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus suam, quando ingreditur

6. Ils feront l'épôche d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin retors, dont l'ouvrage sera tissu du mélange de ses couleurs.

7. L'épôche, par le haut, aura deux ouvertures sur les épaules, qui répondront l'une à l'autre; et ces ouvertures s'étendant pour le mettre, se rejoindront quand on l'aura mis.

8. Tout l'ouvrage sera tissu avec une agréable variété d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin retors.

9. Vous prendrez aussi deux pierres d'onix, où vous graverez les noms des douze enfants d'Israël.

10. Il y aura six noms sur une pierre et six sur l'autre, selon l'ordre de leur naissance.

11. Vous y emploierez l'art du sculpteur et du lapidaire; car vous y graverez les noms des enfants d'Israël, après avoir enclâssé les pierres dans l'or.

12. Vous les metrez sur l'épôche de côté et d'autre, comme des espèces d'agrafes qui serviront à les fermer, et elles seront comme un monument qui fera souvenir Aaron de prier pour les enfants d'Israël. Aaron portera leurs noms devant le Seigneur, gravés sur les deux pierres qui seront sur ses épaules, pour engager le Seigneur à se souvenir de son peuple.

13. Vous ferez aussi des boucles d'or, que vous attacherez au bas de ces deux pierres;

14. Et deux petites chaînes d'or ou très-pur, dont les anneaux soient enclâssés les uns dans les autres, que vous ferez entrer dans ces boucles, pour retenir le rationale.

15. Car vous ferez aussi le rationale du jugement, qui ouvrira le grand prêtre qu'il doit rendre la parole, et enseigner la vérité; ce rationale sera tissu, comme l'épôche, d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin retors, mêlés ensemble à fils tissus de différentes couleurs.

16. Il sera carré et double, afin qu'il puisse soutenir les pierres qui y seront attachées; et il aura la grandeur d'une palme, tant en longueur qu'en largeur.

17. Vous y metrez quatre rangs de pierres précieuses. Au premier rang il y aura la sardoine, la topaze et l'émeraude;

18. Au second, l'escarboucle, le saphir et le jaspe;

19. Au troisième, le figure, l'agate et l'améthyste;

20. Au quatrième, le chrysolite, l'onix et le béril. Ils seront enclâssés dans l'or selon leur rang.

21. Vous y metrez les noms des enfants d'Israël; leurs douze noms y seront gravés séparément, chaque nom sur chaque pierre, selon l'ordre des douze tribus.

22. Vous ferez pour le rationale, comme il a été dit, deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les anneaux soient enclâssés l'un dans l'autre.

23. Et deux anneaux d'or que vous metrez aux deux côtés du rationale, tout en haut.

24. Vous passerez les deux chaînes d'or dans ces deux anneaux qui seront aux extrémités du rationale, tout en haut.

25. Et vous attacherez les extrémités de ces deux chaînes aux deux agrafes ou boucles d'or qui seront aux deux extrémités de l'épôche, qui répond au haut du rationale.

26. Vous ferez aussi deux anneaux d'or que vous metrez aux deux côtés d'en bas du rationale, sur les bords qui répondent à l'épôche par derrière.

27. Vous ferez encore deux autres anneaux d'or que vous metrez aux deux côtés du bas de l'épôche, qui répondent aux deux anneaux d'or du bas du rationale, afin que l'on puisse ainsi attacher le rationale avec l'épôche.

28. Par le moyen d'un ruban de couleur d'hyacinthe qui passera par les anneaux de l'épôche et par les anneaux du rationale, et qui les serrera, afin qu'ils demeurent proprement liés l'un avec l'autre, et que le rationale et l'épôche ne puissent être séparés.

29. Aaron portera les noms des enfants d'Israël sur le rationale du jugement qu'il aura sur sa poitrine, lorsqu'il entrera dans le sanctuaire, afin qu'il serve d'un